

V E R I

Pone meam summam esse 100 nummos. Jam si socius mihi 30 é suis nummis donet, mea summa erit 130, quæ summa est dupla ad reliquam summam socii: reliqua igitur summa socii erit 65. jam veró 65 + 30 sunt 95. integra igitur socii summa est 95. Itaque si socio 50 nummos é 100 meis donem, summa socii erit 145, mea autem reliqua erit 50. prætereá ut 1 ad 3 sic  $48\frac{1}{3}$  ad 145. Quare  $48\frac{1}{3}$  est summa sub tripla ad 145. sed  $48\frac{1}{3} + 1\frac{2}{3}$  sunt 50. quare inventus meus reliquus 50 cognito homologo  $48\frac{2}{3}$  major est. ergo per 10 p. positus numerus 100 vero numero major erit; ideoque cum suo signo & collatorum differentia scribetur sic

$$100 + 1\frac{2}{3}$$

Nunc duplatus numerus 100 est 200. Ergo rursúm per 14 p. pone meam summam esse 200. jam si socius mihi é suis nummis 30 donet, mea summa futura est 230, quæ summa est dupla ad reliquam summam socii, reliqua igitur summa socii est 115. jam veró 115 + 30 sunt 145. integra igitur socii summa est 145. Itaque si socio 50 nummos é meis 200 donem, summa socii erit 195, mea autem reliqua futura est 150. Prætereá ut 1 ad 3 sic 65 ad 159. quare 65 est summa sub tripla ad 195. sed 65 + 85 sunt 150. quare inventus meus reliquus 150 cognito homologo 65 major est. Ergo per 10 p. positus numerus 200 vero numero major erit. Ergo is cum suo signo & collatorum differentia primo posito subscribe- tur sic

$$100 + 1\frac{2}{3}$$

$$200 + 85$$

Jam ut  $85 \text{ --- } 1\frac{2}{3}$  hoc est ut  $83\frac{1}{3}$  ad  $1\frac{2}{3}$  sic 100 est ad 2. Ergo per 18 p. meorum nummorú numerus erit  $100 \text{ --- } 2$  hoc est 98. Sic ego acceptis á socio 30 habebó 128, quæ summa est dupla ad reliquam summam socii, reliqua igitur sum-